



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

6 Quomodo se habeat donu[m] intellectus ad alia dona.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

Ad hoc dicitur qd ly non solum non excludit omne aliud actum, sed actum ulteriores, de quo est sermo. Ite est estimatio praefata de fine ultimo, quasi diceret, quod si des peruenit usque ad ultimum solum, & non pertranseat usque ad rectam praefatam estimatioem de Deo, quam habet quilibet in gratia existens. Et per hoc patet, quod obiecto nihil obstat huiusmodi.

a Spiritu sancto intellectus humanus, ut rectam estimationem de fine habeat, non dum confectus est donum intellectus: quantumque ex illustratione Spiritus sancti alia quadam praegambula cognoscatur. Rectam autem estimationem de ultimo fine non habet nisi ille qui circa finem non errat, sed ei firmiter inhaeret tanquam optimo, quod est solum habetis gratiam gratum facientem. Sicut est in moralibus rectam estimationem habet homo de fine per habitum uirtutis, unde donum intellectus habet nullus sine gratia gratum faciente.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Augustinus nominat intellectum quemcumque illustrationem intellectualem, quae tamen non pertingit ad perfectam doni rationem, nisi usque ad hoc mens hominis deducatur, ut rectam estimationem habeat homo circa finem. AD SECUNDVM dicendum, quod intelligentia, quae necessaria est ad prophetiam, est quaedam illustratio mentis circa ea, quae prophetis reuelantur: non est autem illustratio mentis circa estimationem rectam de ultimo fine, quae pertinet ad donum intellectus. AD TERTIVM dicendum, quod fides importat solum assensum ad ea, quae proponuntur: sed intellectus importat quaedam perceptionem ueritatis, quae non potest esse circa finem, nisi in eo qui habet gratiam gratum facientem, ut dictum est: & ideo non est similis ratio de intellectu, & fide.

ARTICVLVS VI.

Utrum donum intellectus distinguatur ab alijs donis.

In articulo 7. & 6. simul dubium occurrat quia contradicunt. Nam in quinto propter rectam estimationem de fine ultimo, donum intellectus negatur esse in non habentibus gratiam: in sexto uero, recta estimatio de fine ultimo non attribuitur intellectui sed sapientiae: quia iudicium de causa altissimi ad sapientiam spectat dicitur. Estimatio autem iudicium quoddam est. Ad hoc breuiter dicitur, quod author non dixit estimationem illam esse actum doni intellectus, sed quod nisi habeatur illa, non habetur donum intellectus, & hoc est uerum. Quia & illa estimatio, & quodcumque aliud iudicium quantum ad perceptionem spectat ad donum intellectus, quantum ad iudicium spectat ad sapientiam, scientiam, uel consilium: sicut quatuor ad assensum formati spectant ad fidei formatam. In eodem 6. articulo

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quod donum intellectus non distinguatur ab alijs donis. Quorum non opposita sunt eadem, ipsa quoque sunt eadem: sed sapientia opponitur stultitiae, hebetudini intellectus, praecipitationi consilium, ignorantiae scientia, ut patet per Greg. 2. Moralium. Non uidentur autem differre stultitia, hebetudo, ignorantia, & praecipitatio. ergo nec intellectus distinguitur ab alijs donis.

¶ 2. Praet. Intellectus qui ponitur uirtus intellectualis, differt ab alijs intellectualibus uirtutibus per hoc sibi proprium, quod est circa principia per se nota: sed donum intellectus non est circa aliqua principia per se nota, quia ad ea, quae naturaliter per se cognoscuntur, sufficit naturalis habitus primorum principiorum. Ad ea uero quae supernaturalia sunt, sufficit fides, quae articuli fidei sunt sicut prima principia in supernaturali cognitione, sicut dictum est: ergo donum intellectus non distinguitur ab alijs donis intellectualibus.

¶ 3. Praet. Ois cognitio intellectualis uel est speculatiua, uel practica:

sed donum intellectus habet se ad utrumque, ut dictum est: ergo non distinguitur ab alijs donis intellectualibus, sed oēs in se complectitur. SED CONTRA est, quod quatuorque connumerantur ad iudicium, oportet ea esse aliquo modo abinuitate distincta, quia distinctio est principium numeri: sed donum intellectus connumeratur alijs donis, ut patet infra. ergo donum intellectus est distinctum ab alijs donis.

RESPON. Dicendum, quod distinctio doni intellectus ab alijs tribus donis scilicet pietate, fortitudine, & timore, manifesta est, quia donum intellectus pertinet ad uicognitionem, illa uero tria pertinent ad uim appetitiuam. Sed distinctio huius doni intellectus ad alia tria scilicet sapientiam, scientiam, & consilium, quae est ad uicognitionem, non est adeo manifesta. Vnde ait qui uisus, quod donum intellectus distinguitur a dono scientiae, & consilii per hoc, quod illa duo pertinent ad practica cognitionem, donum autem intellectus ad speculatiua. A dono uero sapientiae, quod est ad speculatiua cognitionem pertinet, distinguitur in hoc, quod ad sapientiam pertinet iudicium, ad intellectus uero capacitas intellectus eorum quae proponuntur, seu penetratio ad intima eorum, & secundum hoc supra numerum donorum assignauimus. Sed diligenter intuenti, donum intellectus non solum se habet circa speculanda, sed etiam circa operanda, ut dictum est. Et similiter est donum scientiae circa utrumque se habet, ut infra dicitur: & ideo oportet aliter eorum distinctionem accipere. Oportet enim haec quatuor dona ordinantur ad supernaturalem cognitionem, quae in nobis per fidem fundatur. Fides autem est ex auditu, ut dicitur Ro. 10. Vnde oportet aliqua proponi homini ad credendum non sicut uisa, sed sicut audita, quibus per fidem assentiat. Fides autem primo quidem & principaliter se habet ad ueritatem primam: secundario ad quaedam circa creaturas consideranda: & ulterius se extendit etiam ad directionem humanorum operum, in quibus per dilectionem operatur, ut ex dictis patet. Sic ergo circa ea, quae fidei proponuntur credenda, duo requiruntur ex parte nostra. Primo quidem, ut intellectus penetrentur, uel capiantur: & hoc pertinet ad donum intellectus. Secundo autem, oportet ut de eis homo habeat iudicium rectum, ut aestimet his esse inhaerendum, & ab eorum oppositis recedendum. Hoc ergo iudicium quantum ad res diuinas pertinet ad donum sapientiae: quantum uero ad res creatas, pertinet ad donum scientiae: quantum uero ad applicationem ad singularia opera pertinet ad donum consilii.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod praedicta distinctio eorum, quae Gregorius ponit eis esse opposita, hebetudini eorum, quae Gregorius ponit eis esse opposita. Hebetudo autem acuitati opponitur. Dicitur enim per similitudinem intellectus acutus, quoniam potest penetrare ad intima eorum, quae proponuntur. Vnde hebetudo mentis est, per quam mens ad intima penetrare non sufficit. Stultus autem dicitur hoc, quod per ueritatem iudicat circa communem finem uitae: & ideo proprie opponitur sapientiae, quae facit rectum iudicium circa uniuersalem causam. Ignorantia uero importat defectum mentis etiam circa quaecumque particularia: & ideo opponitur scientiae, per quam homo habet rerum iudicium circa particulares causas. Circa creaturas. Praecipitatio uero manifeste opponitur consilio, per quod homo ad actionem non procedit nisi deliberatione rationis.

AD II. dicendum, quod donum intellectus est circa prima principia cognitionis gratuite, aliter tamen quam fides. Nam ad fidem pertinet eis assentire: ad donum uero intellectus pertinet mente penetrare ea quae dicitur. AD III. dicendum, quod donum intellectus pertinet ad

ueritatem, quae author tractat seipsum quod ad distinctionem donorum in prima secta de positam, ut ibi etiam notauimus.

Art. 1. huius quae.

1. q. 68 ar. 4. D. 114. Art. 2. huius quae. Art. 3. q. sequen.

q. 7. arti. 1. & 6. ad 1. & q. 4. arti. 2. ad 3. & ar. 5.

Loco citato in argu.